



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

42. De puella dæmoniaca, quæ Augustæ Vindellicorum Lutheranæ doctrinæ præconibus ad exorcizandum oblata, illisq[ue] nihil proficientibus, tandem à Catholico Parocho liberata est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

refert VVilhelmus Bibliothecarius libr. 3. de gestis Anglorum: cùm in extremis positum Episcopum Carnotensem Fulbertum multi visitarent, & ædium capacitas vix confluentibus sufficeret, ille inter oppositas cateruas oculo longè cõspicatus Berengarium, nisu quo valuit expellendum indicavit, protestatus, immanem dæmonem propè ipsum consistere, multosq; ad eum sequendum blandiente manu, & illice anhelitu corrumpere.

Diabolus Berengario affixus, & multosque ad eum sequendum blandiente manu, & illice anhelitu corrumpere.

De puella demoniaca quæ Augusta Vindellicorum Lutherana doctrina præconibus ad exorcizandum oblata, illisq; nihil proficientibus, tandem à Catholico Parocho liberata est.

CAP. XLII.

IN Diui Georgij suburbio Augustæ Vindellicorum habitavit anno Dominicæ Incarnationis 1563. quidam ciuis Michael Rossmannus Textor, qui habuit filiam Annam nomine, annum agentem vigesimum, quæ in mense Martio eiusdem anni, nocte à dæmone sollicitabatur vt sese ei dederet, nec diu post veluti mentis quandam impotentiam præ se ferre videbatur, Paulò post diabolus in specie terribilissimæ ac atræ felis in vaporarium proruit, multis ibidem cum eadem Anna presentibus. Porro ipsa Anna iam antea, ac deinceps manifestè à dæmone obsessa apparuit. Qui etiam miris & horrendis modis eam afflixit, adeò vt iam nunc eam abrepturus & ad inferos auer-

T t ctu-

cturus videretur. Parentes à Martio ad
 nij diem magnis impendijs quosdam con-
 xerunt, qui filix curam haberent. Nec
 rim præmittunt opem & consilium im-
 rare ministrorū & præconum cōfessionibus
 gustanæ. Quorum plerique ad obsessam
 ferunt, existimantes se per virtutem
 Dei, dæmonem eiecturos. Verum illi
 oricismis suis atque omni industria ac
 suo nihil proficerent, mandarunt parentibus
 diligentem vt filix curam haberet: Deum
 potentem qui tali afflictione filiam
 permitteret, ipsam vbi sibi visum esset,
 liberaturum. Cùm hæc agerentur, ingressi
 easdem ædes, in quibus puella obsessa detin-
 batur, virgo quædam Anna nomine, filia
 dam M. Matthiæ Kapfferi, publici ciuitatis
 gustanæ Chirurghi, cū pedissequa nomine
 gdalena, vt puellam tam diris modis ob-
 etam, pietatis affectu inducta, inuiseret. Quam
 cùm horrendum in modum à dæmone
 ciari cerneret, ad eò vt ne vno quidem die
 superesse posse putaret, euocauit parentes
 vaporario, monens extremè necessarium esse,
 vt quocumque possent modo filix succurrere.
 Et si quidem ipsis gratum sit, se missuram
 quendam, quem omninò confidat, puellam
 uina cooperante gratia liberaturum. Parentes
 id gratanter acceperunt, rogantes eam, vt quibus
 possent consilijs & auxilijs subueniret. Quam
 protinus pedessequam suam vna cum M. Me-
 chis
 ore
 ben
 st
 fir
 con
 pie
 lib
 ligi
 gin
 ritu
 in æ
 sup
 filia
 cura
 quã
 Ann
 tem
 mun
 catu
 I
 prop
 rend
 sese
 roga
 potu
 dicta
 pro
 solui
 spira
 wato,

ehioris Fabri, scholæ germanicæ præfecti vx-
ore mittit ad Reuerendum D. Simonem Schei-
benhardum, S. Theol. doctorem Catholicū, pa-
storem D. Mauritij Augustæ, rogans vt ad in-
firmam venire non grauaretur. Ille existimās
communem esse infirmitatem, respondit, se
pietatis ergo mox ipsas subsecuturum, etsi il-
libenter ad ea loca vadat, in quibus exulet re-
ligio Catholica. Intereā mater obsessæ virgi-
ginis, Annam Kapfferi filiam accedens, ait, ma-
ritum sibi mandasse, ne quenquam sacrificum
in ædes admittat, vicinos enim dehortatos, in-
superque dixisse, Deum qui hęc afflictionem
filix permisisset obuenire, posse quoque eam
curare: malle autem se ipsum cacodæmonem
quàm sacrificum in ædes admittere. Ad quam
Anna: nihil debere eam huius morari, præsen-
tem esse ob oculos rei afflictissimæ miserrim-
um statum, quem & ipsi magistratui sit indi-
catura.

Intereā dum D. Doctor Simon ædibus ap-
propinquat, ecce puella obsessa mirum & hor-
rendum in modum vociferatur, huc illucque
se iactitans. Vnde mox Anna Kapfferi inter-
rogauit, quidnam desideret. Atque vbi eam
potus desiderio teneri intellexit, aquam bene-
dictam ei bibendam obtulit: qua exhausta, *Virtus aqua
benedicta.*
protinus puella in clamorem & fremitum re-
soluitur, totoque corpore coarctata, veluti in
spiras reflectitur, capite ad pedes vsque incur-
uato, adeoque vt circumstantes viderent & ag-

noscerent aquæ benedictæ virtutem de
ni in primis grauem & inimicam. Nec
ceps vllam requiem habuit obsessa, ita vt
ex quatuor viris ad puellæ custodiam con
ctis, palam protestaretur: nisi parentes
nunc filiæ medelam procurent, se nec vni
sam quidem urbem Augustam in precium
cepturum, pro vnus apud eam noctis per
lio: tam enim tetrum & horrendum fuit
ex gutture obsessæ prodijisse, vt omnes ar
ti sint se suffocandos.

Dum sic puella diris modis ringitur
multuatur. Ven. D. Doctor Simon ad eam
ingreditur. Progressusque in vaporarium
gatur à circumstantibus, vt propter Deum
presenti afflictione & miseria, quam pos
pem & consilium præstet. Respondet ille
pem & auxilium omne in solo Deo repos
esse. Illi si visum fuerit, posse eam huius
exonerare. Obsessa verò diris in eum frem
conuirijs & contumelijs, nec non & blas
mias & plaustra criminationum euomere, in
crifice, inquit, Deus te disperdat, dimitte
iam nunc persentio quid moliaris. Deinde
post multa diuinarum comminationum ve
tamina cum primùm diabolus D. Doctor
orcizanti insultaret, ac deinde alias atque
as egrediendi vias & loca mansionis effrag
ret, tandem cum sæpius repetita vice in
urgendo, dæmonem coarctaret, ac grauissima
verbis præciperet, vt emigraret, multaque

contra tergiuersiones necceret, & effugia
 quæreret dæmon, tandem puellam miris hor-
 ribilibusque modis exagitauit, adeo vt col-
 lum ad capitis ipsius magnitudinem intume-
 sceret, totumque os horrendum in modum
 nigresceret, lingua quoque informi & im-
 modica longitudine ex ore promineret. Ad
 quem horrorem cum parentes cum circum-
 stantibus toti contremiscent, omnesque no-
 men IESV inuocarent, respondit D. Doctor,
 missum iam facerent omnem timorem, iam
 enim rem feliciter conficiendam. Et ecce
 puella placidè recumbit, mandatque D. Do-
 ctor eam nunc liberam dimitti, quia benigni-
 ssimus Deus ipsam liberasset. Moxque puella
 oculis in cœlum eleuatis, manibusque com-
 plossis, Deo Opt. Max. summam tribuit lau-
 dem & gratiarum actionem, subiungens, se
 iam nunc agnoscere & intueri Deum ipsum
 in cœlis. Deinde ipsi Doctori Parocho maxi-
 mas egit gratias, qui cum crebrò eam interro-
 garet, sentirètne se modò liberatam, respòdit
 omninò. Postmodum interrogauit D. Paro-
 chus, anne quicquam videret, ait illa se ex op-
 posito videre quendam tetra fronte, rubro ca-
 pillitio & protensa lingua, qui eam indefeso
 nutu ad se inuitet. Quo audito D. Doctor Pa-
 rochus monuit eam, vt ter sancto crucis signa-
 culo se consignaret, dicendo IESVS Nazare-
 nus rex Iudæorum. Quod cum faceret, euanu-
 it quidem ille malignus, sed mox reuersus est.

*Diabolus signa-
 no crucis signa-
 gatur.*

Tt 3

Eum

Tum planè in modum D. Doctor Simon
 lam Christianis dogmatibus erudiuit, doc
 quomodo in omnibus istis machinamènt
 moniacis audacter diabolo renunciaret,
 tamque se diuinæ tutelæ committeret. Qu
 re illa rectè monenti libenter obsecuta est
 que ita demùm post multa certamina ad
 ue tempus quieti se tradidit. Porrò D. Do
 ex parochia sua D. Georgij, Venerabile
 cramentum SS. Eucharistiæ proferens, p
 multas pias & salubres admonitiones, pres
 & exomologesin, idem Venerabile Sacramen
 tum puellæ administrauit, ac postea rursus
 interrogauit, num quidquam insolitum
 terribile videret, Illa verò cum nihil se
 videre responderet, sed optimè secum agere
 uina cooperante gratia, tandem R. D. Doct
 parochus, discessum ab ea parans in domum
 suam regressus est. Hæc omnia gesta facta
 præsentia multarum honestarum personarum
 quarum nomina habentur in libello germanico,
 co, ex quo nos hæc transtulimus. Ipsa vero pu
 ella aliquot deinde diebus languore detenta
 est, at paulò post integrè conualuit, communi
 bus vitæ humanæ officijs vacans.

*De altera puella demoniaca, in ducatu
 censi quam sacrisicus quidam Lutheranus
 liberare vellet, miris dirisq; modis à demoniis
 exceptus est. puella verò à Fraciscano Catho
 lico, tribus demonijs eiectis, curata est.*

CAP. XLIII.